

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Speculum Quaestionum moralium, in universam Aristotelis philosophi summi Ethicen

Case, John

Francofurtum, 1597

VD16 C 1242

Cap. III. - An sint quinque Virtutes mentis? [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109038)

Resp.

Non tener ratio: est enim subiectum vt continet. est principium. vt ex compositione & diuisione rerum eadem elicit. Alij respondent non esse subiectum, nam est in re vt in subiecto: est in oratione vt in signo, est intellectum vt in principio.

Vtrum intellectus rerum appetitum, vel appetitus intellectum indisquirenda veritate sequatur. Dubium.

In disqui- { Ordo, & sic appetitus sequi debet in
reda veri- | intellectum, qui primum prescribit.
tate specta- } Actio, & sic intellectus sequi solet ap-
tur duo. { petitum, qui primum eligit.

Opp.

Intellectus est nobilior pars animi quam appetitus: ergo sequi non debet appetitum.

Resp.

Argumentum hoc videbis infirmum, si distinctionem accurrate perpendere & ponderare velis.

CAP. III.

An sint quinque Virtutes mentis?

An scientia eiusq; proprietates recte assignentur?

PRINCIPIS iam cognitit humanae veritatis, oracula eiusdem quasi transcurrans per theatrum digito do-

Ec 5 mon-

monstrat philosophus. Oracula ap-
 pello, quia ab illis omnes contemplatio-
 nis radij veluti ex tripode Apollinis or-
 tum originemq; trahūt. Hęc vulgò quin-
 q; mentis habitus seu potius virtutes di-
 cūtur, nominatim: Ars scientia, pruden-
 tia, intelligentia, sapientia quibus nō ali-
 ter à falso discernitur verū, quàm Lydio
 lapide à scoria examinatur aurum. In ha-
 rum tractatione primū m occurrit scien-
 tia, cuius nō solum vis sed etiam vsus hoc
 loco quæritur: Aliud enim est scientiam
 habere, aliud vti. vt ait Plato. Quippe stu-
 dendum non est, vt alijs plus scire, sed vt
 melius & innocentius viuere possimus:
 hoc autem agemus, si non solū quid ve-
 rū sit, per causas scire, sed etiam per scien-
 tiam summo deuinciri vero studeamus.
 In textu de scientia quatuor proponi ab
 Aristotele video, materiam, essentiam,
 proprietatem, finē. Materia est, vt ait cer-
 ta non anceps, necessaria nō contingens
 vera non fallax, aterna nō cadens. Essen-
 tia est. vt virtus multis demōstrationibus
 acquisita, vt in analyticis satis declaratur
 Proprietas quadruplex est, prima quod
 omnis

Virtutes
 mentis,
 quinque.

De scientia.

Scientia
 materia, ef-
 sentia, pro-
 prietas, fi-
 nis.

omnis scientia doceri possit: secūda quod
 omnis scientia ex antecedente cognitiōe
 fiat: tertia quod ratiocinatione non
 inductione cōstet: Postremò quod prin-
 cipijs sciētiæ credere oporteat. Finis de-
 niq; est vt incognita pro cognitis, incerta
 pro certis, falsa pro veris, fortuita pro ne-
 cessarijs in disquirenda veritate non ad-
 mittamus: vtq; per hoc verum in rebus
 quod est medium, aliud quod est in pri-
 ma causa summum, infinitum, & aeter-
 num, scire & diligere perdiscamus.

Distinctio prima questionis.

Omnis vir- tus mentis respicit aut	{ Actionem, vel {	Externam per opus, vnde ars.
		Internam per consi- lium, vnde prudentia.
	{ Contempla- tionem, vel	Cum causis, vnde sciē- tia, quæ est habitus de- monstrandi per causas.
		Sine causis, vnde intel- ligentia, quæ est habitus credendi principijs.
		Cum causis & effectis vnde sapientia, quæ est habitus contēplandi res tā humanas quā diuinas

Distinctio secunda questionis.

Scientia cō- sideratur du- obus modis, vel	{ {	Dialecticè, quo ad modum sciendi & sic in libris demonstrationum;
		Ethicè, quo ad vsum & finem sciē- tiæ & sic hoc loco.
		Opp.

Opp. contra primam quaestionem.

Scientia & solertia inter virtutes mentis postea ab Arist. enumerantur, ergo sunt plures quam quinq.

Resp.

Reducuntur ista ad prudentiam, ut patebit.

Opp.

Nihil in Et hicis doceri debet quod nos meliores non redderet, sed virtutes mentis nos meliores non reddunt: ergo in hac scientia tractari non debent: Maior patet, quia finis huius scientiae est summum bonum: minor constat, quia multi virtutibus mentis pollent, qui turpiter & inhoneste vivunt.

Resp.

Ut intellectus & voluntas unum animum constituunt: ita verum & bonum unum finem efficiunt, quare est in essentia animi illarum partium unio: ita in essentia finis horum obiectorum coniunctio esse debet. Respondeo igitur ad argumentum, quod haec virtutes intellectus ad bonum voluntatis secundum ethica precepta, ut media quaedam ad suum finem referantur: hinc ait philosophus, quod omnis ars omnisque actio bonum appetat, quare perniciosi speciem istarum virtutum non usum, corticem non fructum habere videntur.

Opp. contra secundam quaest.

Scientia satis in primo libr. analyticorum tractatur ergo otiosa est haec tractatio.

Resp.

Illic modus sciendi, hic usus quaeritur.

Opp.

Opp.

Non aliter hic definitur scientia quam illic, alia hic non traduntur proprietates quam illic: ergo eodem modo & hic & illic tractatur.

Resp.

Verum est, sed attende quod hic alius usus insinuat, nempe quod ad summum bonum referatur.

Vtrum obiectum scientiae sit aeternum, ingenitum, necessarium?

Dubium.

Opp.

Nihil est verè aeternum prater Deum: est naturalis scientia de genitis & corruptis: ergo obiectum scientiae non est aeternum, ingenitum, & necessarium.

Resp.

Obiectum scientiae con- sideratur. vel	}	Realiter, & sic non est aeternum, im-
		genitum, & necessarium.
	}	Intentionaliter, & refertur ad e-
		ternum & incommutabile bonum, et sic est aeternum, ingenitum, & neces- sarium.

CAP. III.

Vtrum Ars sit Vireus mentis.

ERRASignave, imò profectò, toto caelo erras, qui Athenas sine Musis, qui Academiam sine praesidijs